

bus Judic. c. 20, v. 16 : *Sic fundis lapides ad certum jacientes, et in capillum quoque possent percutere, et nequaquam in alteram partem ietus lapidis deferretur.* Sanè David non aliis indiguit armis, ut Philistinorum fortissimum sterneret. Et nationes alia plurimum in fundis existimarent esse momenti. Baleares hoc solum habent armorum genus, neque aliis in pugnando inferiores visi sunt. Quare sine ferro et hastis res agi potuit non incommodè, maxime cum Deus foret pro populo, à quo uno sperari potest, et concedi victoria.

Alterum dubium est. Quia difficile videtur, duos tantum in Saulis exercitu hastam et gladium habuisse, cum proximè percussisset Jonathan stationem Philistinorum, et paulò ante Saul Ammonitarum exercitum : unde armorum satis comportari potuerint. Quidam respondent, non illam in Israele toto armorum esse penuriam, sed tantum in sexcentis viris, qui de exercitu toto reliqui fuere cum Saule. Ego in eo exercitu multò plures fuisse arbitror. Saul enim sexcentos secum milites adduxit in Gabaa, ibi aderat Jonathan cum suo etiam exercitu ; de utroque autem jam in unum coacto dictum esse duos tantum inventos esse gladios, ex eo constat, quia tantum, duo illorum agminum duces, Saul et Jonathan, gladium habuisse.

1. Et accidit quòdam die ut diceret Jonathan filius Saul ad adolescentem armigerum suum : Veni, et transeamus ad stationem Philistinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

2. Porrò Saul morabatur in extremà parte Gabaa, sub malo granato, quæ erat in Magron : et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

3. Et Achias, filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed et populus ignorabat quò isset Jonathan.

4. Erant autem, inter ascensus per quos nitebatur Jonathan transire ad stationem Philistinorum, eminentes petrae ex utràque parte, et quasi in modum dentium scopuli hinc et inde prærupti ; nomen uni Boses, et nomen alteri Sene ;

dio et hastà armati esse dicuntur. Ego hoc primum verum esse arbitror, in eo exercitu hastas tantum et gladios esse duos ; in toto verò Israele esse plures alios : si quid præterea armorum directum est ex Ammonitarum Philistinorumque victorià, id totum abstulisse eos qui cum prius ad Saulem convenissent in Galgala, postea tamen timore percussì diffugerunt. Neque ad illos qui permanserunt in castris, quidquam pervenisse ex hostili prædà, quod in armorum apparatu numerari posset nisi fortassè arcum et fundam, aut aliquid quod in gladiis et hastis censeri non solet.

VERS. 23. — EGRESSA EST AUTEM STATIO PHILISTHINUM, UT TRANSCENDERET IN MACHMAS (1). Erat Machmas non procul à Gabaa Benjamin, ubi erat statio Philistinorum, quam Jonathan paulò ante percusserat, qui cum attriti jam essent Jonathan victorià, neque resistere se posse confiderent utriusque ducis viribus jam proximè conjunctis, statione relicta ad sociorum castra se receperunt, quibus utilem aliquam operam navaturi videbantur.

(1) Nonne ibi antea considerat? Apertior Hebræus : *Profectus est Philisthim ad transitum Machmas; obsederat fauces inter Machmas et Gabaa, ubi Saul tunc considerat.* (Calmet.)

CHAPITRE XIV.

1. Il arriva un jour que Jonathan, fils de Saul, dit à un jeune homme qui était son écuyer : Venez, et passons jusqu'au camp des Philistins, qui est au-delà de ce lieu que vous voyez. Et il n'en dit rien à son père, de peur qu'il ne s'opposât à son dessein.

2. Saul cependant se tenait à l'extrémité de Gabaa, sous un grenadier qui était à Magron, et il y avait environ six cents hommes avec lui.

3. Achias, fils d'Achitob, frère d'Ichabod, fils de Phinéès, fils d'Héli, grand-prêtre du Seigneur à Silo, portait l'éphod, faisant les fonctions de prêtre. Et le peuple ne savait point non plus où était allé Jonathan.

4. Le lieu par où Jonathan tâchait de passer à la garnison des Philistins était bordé de côté et d'autre de deux rochers fort hauts et fort escarpés, qui s'élevaient en pointe comme des dents ; l'un s'appelait Boses, l'autre Sene ;

5. L'un de ces rochers était situé du côté du

5. Unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas, et alter ad meridiem contra Gabaa.

6. Dixit autem Jonathan ad adolescentem armigerum suum : Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile salvare vel in multis vel in paucis.

7. Dixitque ei armiger suus : Fac omnia quæ placent animo tuo : perge quò cupis, et ero tecum ubicumque volueris.

8. Et ait Jonathan : Ecce nos transimus ad viros istos. Cùmque apparuerimus eis,

9. Si taliter locuti fuerint ad nos : Manete donec veniamus ad vos : stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10. Si autem dixerint : Ascendite ad nos : ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris : hoc erit nobis signum.

11. Apparuit igitur uterque stationi Philistinorum : dixeruntque Philisthim : En Hebræi egrediuntur de cavernis in quibus absconditi fuerant.

12. Et locuti sunt viri de statione ad Jonathan et ad armigerum ejus, dixeruntque : Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathan ad armigerum suum : Ascendamus, sequere me : tradidit enim Dominus eos in manus Israel.

13. Ascendit autem Jonathan manibus et pedibus reptans, et armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant ante Jonathan, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

14. Et facta est plaga prima, quæ percussit Jonathan et armiger ejus, quasi viginti virorum, in medià parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.

15. Et factum est miraculum in castris, per agros : sed et omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædan-

septentrion, vis-à-vis de Machmas, et l'autre du côté du midi, vis-à-vis de Gabaa.

6. Jonathan dit donc au jeune homme son écuyer : Venez ; passons jusqu'au camp de ces incircoucis. Peut-être que le Seigneur combatta pour nous, car il lui est également aisé de donner la victoire avec un grand ou avec un petit nombre.

7. Son écuyer lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira ; allez où vous voudrez, et je vous suivrai partout.

8. Jonathan lui dit : Nous allons vers ces gens-là. Lors donc qu'ils nous auront aperçus,

9. S'ils nous disent : Demeurez là jusqu'à ce que nous allions à vous, demeurons en notre place, et n'allons point à eux.

10. Mais s'ils nous disent : Montez ici, montons-y, car ce sera la marque que le Seigneur les aura livrés entre nos mains.

11. Lors donc que la garde des Philistins les eut aperçus, les Philistins dirent : Voilà les Hébreux qui sortent des cavernes où ils s'étaient cachés.

12. Et les plus avancés de leur camp, s'adressant à Jonathan et à son écuyer leur dirent : Montez ici, et nous vous ferons voir quelque chose. Jonathan dit alors à son écuyer : Montons ; suivez-moi, car le Seigneur les a livrés entre les mains d'Israël.

13. Ainsi Jonathan monta, grim pant avec les mains et les pieds, et son écuyer derrière lui. Quand il fut arrivé au camp des Philistins, il les chargea brusquement. Une partie des ennemis tomba donc sous la main de Jonathan ; et son écuyer, qui le suivait, tua les autres.

14. Ce fut là la première défaite des Philistins, où Jonathan et son écuyer tuèrent d'abord environ vingt hommes, dans la moitié d'autant de terre qu'une paire de bœufs peut en labourer en un jour.

15. Un effroi prodigieux se répandit aussitôt dans le camp et par toute l'armée des Philistins, qui était dispersée dans la campagne. Tous leurs gens, qui étaient allés pour piller furent

dum, obstupuit, et conturbata est terra : et accidit quasi miraculum à Deo.

16. Et respexerunt speculatores Saül, qui erant in Gabaa Benjamin, et ecce multitudo prostrata, et hæc illucque difflugiens.

17. Et ait Saül populo qui erat cum eo : Requirit, et videte quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est non adesse Jonatham et armigerum ejus.

18. Et ait Saül ad Achiam : Applica arcum Dei (erat enim ibi arca Dei in die illà cum filiis Israel).

19. Cumque loqueretur Saül ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum : crescebatque paulatim, et clarius resonabat. Et ait Saül ad sacerdotem : Contrahe manum tuam.

20. Conclamavit ergo Saül, et omnis populus qui erat cum eo, et venerunt usque ad locum certaminis : et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, et cædes magna nimis.

21. Sed et Hebræi qui fuerant cum Philistiim heri et nudius tertius, ascenderantque cum eis in castris, reversi sunt ut essent cum Israel, qui erant cum Saül et Jonathâ.

22. Omnes quoque Israëlites qui se absconderant in monte Ephraïm, audientes quod fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in prælio : et erant cum Saül quasi decem millia virorum.

23. Et salvavit Dominus in die illà Israel : pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

24. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illà : adjuravit autem Saül populum, dicens : Maledictus vir qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem.

25. Omneque terræ vulgus venit in

frappés d'étonnement. Tout le pays fut en trouble, et il parut que c'était Dieu qui avait fait ce miracle.

16. Les sentinelles de Saül, qui étaient à Gabaa de Benjamin, jetant les yeux de ce côté-là, virent un grand nombre de gens étendus sur la place, et d'autres qui fuyaient en désordre çà et là.

17. Alors Saül dit à ceux qui étaient avec lui : Cherchez, et voyez qui est sorti de notre camp. Et quand on eut fait cette recherche, on trouva que Jonathas et son écuyer n'y étaient pas.

18. Saül dit donc à Achias : Approchez-vous de l'arche de Dieu (car l'arche de Dieu était alors avec les enfants d'Israël) pour le consulter.

19. Pendant que Saül parlait au prêtre, on entendit un bruit confus, comme d'un tumulte qui, venant du camp des Philistins, s'accroissait peu à peu, et se faisait entendre plus distinctement. Saül dit donc au prêtre : Abaissez vos mains. Il n'est plus nécessaire de consulter le Seigneur; il se déclare assez.

20. Et aussitôt il jeta un grand cri, qui fut accompagné de celui de tout le peuple. Et étant venus au lieu du combat, il trouvèrent que les Philistins s'étaient percés l'un l'autre de leurs épées, et qu'il s'en était fait un grand carnage.

21. Les Hébreux aussi, qui avaient été avec les Philistins les jours précédents, et qui étaient allés avec eux dans leur camp, vinrent se rejoindre aux Israélites qui étaient avec Saül et Jonathas.

22. Tous les Israélites aussi qui s'étaient cachés dans la montagne d'Ephraïm, ayant appris que les Philistins fuyaient, se réunirent avec leurs gens pour les combattre; et Saül avait déjà environ dix mille hommes.

23. En ce jour-là le Seigneur sauva Israël. On poursuivit les ennemis jusqu'à Bethaven.

24. Alors les Israélites se réunirent, et Saül fit devant le peuple cette protestation avec serment : Maudit soit celui qui mangera avant le soir, jusqu'à ce que je me sois vengé de mes ennemis. C'est pourquoi tout le peuple s'abstint de manger.

25. En même temps, ils vinrent dans un bois où la terre était couverte de miel.

salum, in quo erat mel super faciem agrî.

26. Ingressus est itaque populus salum, et apparuit fluens mel; nullusque applicuit manum ad os suum, timebat enim populus juramentum.

27. Porrò Jonathas non audierat cum adjuraret pater ejus populum : extenditque summitatem virgæ quam habebat in manu, et intinxit in favum mellis : et convertit manum suam ad os suum, et illuminati sunt oculi ejus.

28. Respondensque unus de populo, ait : Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens : Maledictus vir qui comederit panem hodiè. (Defecerat autem populus.)

29. Dixitque Jonathas : Turbavit pater meus terram : vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustaverim paululum de melle isto :

30. Quantò magis si comedisset populus de prædâ inimicorum suorum, quam reperit ? nonne major plaga facta fuisset in Philistiim ?

31. Percusserunt ergo in die illà Philisthæos à Machmis usque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis :

32. Et, versus ad prædam, tulit oves et boves et vitulos, et mactaverunt in terrâ : comeditque populus cum sanguine.

33. Nuntiaverunt autem Saüli dicentes quòd populus peccasset Domino comedens cum sanguine. Qui ait : Prævaricati estis : voluit ad me jam nunc saxum grande.

34. Et dixit Saül : Dispergimini in vulgus, et dicite eis ut adducat ad me unusquisque bovem suum et arietem, et occidite super istud, et vescimini, et non peccabit Dominò comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu suâ usque ad noctem : et occiderunt ibi.

26. Le peuple y étant entré, vit paraître ce miel qui décollait du creux des arbres et des rochers où les abeilles le formaient, et personne n'osa en prendre ni le porter à sa bouche, parce qu'ils craignaient tous de violer le serment du roi.

27. Jonathas n'avait point entendu cette protestation que son père avait faite avec serment devant le peuple : c'est pourquoi, étendant la baguette qu'il avait à la main, il en trempa le bout dans un rayon de miel; et en ayant ensuite porté à sa bouche avec la main, ses yeux reprirent une nouvelle vigueur; car il était épuisé de fatigue et de faim.

28. Quelqu'un du peuple lui dit : Votre père a engagé tout le peuple par serment, en disant : Maudit soit celui qui mangera aujourd'hui. Or ils étaient tous extrêmement abattus.

29. Jonathas répondit : Mon père a troublé tout le monde par ce vœu indiscret : vous avez vu vous-mêmes que mes yeux ont repris une nouvelle vigueur, parce que j'ai goûté un peu de ce miel :

30. Combien donc le peuple se serait-il plus fortifié, s'il eût mangé de ce qu'il a rencontré dans le pillage des ennemis ? La défaite des Philistins n'en aurait-elle pas été plus grande ?

31. Les Hébreux battirent les Philistins en ce jour-là, et les poursuivirent depuis Machmas jusqu'à Aialon. Et le peuple étant extrêmement las et épuisé,

32. Se jeta sur le butin, prit des brebis, des bœufs et des veaux, et ils les tuèrent sur la place; et le peuple mangea de la chair avec le sang.

33. Saül en fut averti, et on lui dit que le peuple avait péché contre le Seigneur, en mangeant des viandes avec le sang. Saül leur dit : Vous avez violé la loi. Qu'on me roule ici une grande pierre.

34. Et il ajouta : Allez par tout le peuple, et dites-leur : Que chacun amène ici son bœuf et son bœuf; égorgés-les sur cette pierre; et après cela vous en mangerez, et vous ne pécherez point contre le Seigneur, en mangeant de la chair avec le sang. Chacun vint donc amener là son bœuf jusqu'à la nuit, et ils les tuèrent sur la pierre.

35. *Edificavit autem Saül altare Domino : tuncque primum cœpit ædificare altare Domino.*

36. *Et dixit Saül : Irruamus super Philisthæos nocte, et vastemus eos usque Jûm illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus : Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos : Accedamus hûc ad Deum.*

37. *Et consulit Saül Dominum : Num persequar Philistiim? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illâ.*

38. *Dixitque Saül : Applicite hûc universos angulos populi : et scitote, et videte, per quem acciderit peccatum hoc hodiè.*

39. *Vivit Dominus salvator Israel! quia si per Jonatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.*

40. *Et ait ad universum Israel : Separamini vos in partem unam, et ego cum Jonathâ filio meo ero in parte alterâ. Responditque populus ad Saül : Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.*

41. *Et dixit Saül ad Dominum Deum Israel: Domine Deus Israel, da indicium: quid est quod non responderis servo tuo hodiè? Si in me, aut in Jonathâ filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jonathas et Saül, populus autem exivit.*

42. *Et ait Saül : Mittite sortem inter me et inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.*

43. *Dixit autem Saül ad Jonatham : Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, et ait : Gustans gustavi in summitate virgæ quæ erat in manu meâ, paululum mellis : et ecce ego morior!*

44. *Et ait Saül : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia morte morieris, Jonathas.*

35. *Alors Saül bâtit un autel au Seigneur : et ce fut la première fois qu'il lui éleva un autel.*

36. *Saül dit ensuite : Jetons-nous cette nuit sur les Philistins, et taillons-les en pièces ; de telle sorte qu'il n'en reste pas un seul au point du jour. Le peuple lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira. Alors le prêtre lui dit : Allons ici consulter Dieu auparavant.*

37. *Saül consulta donc le Seigneur, et lui dit : Poursuivrai-je les Philistins? Et les livrerez-vous entre les mains d'Israël? A quoi le Seigneur ne lui répondit rien cette fois.*

38. *Alors Saül dit : Faites venir ici tous les principaux du peuple; qu'on cherche partout, et qu'on sache qui est celui par qui le péché est venu aujourd'hui parmi nous.*

39. *Je jure par le Seigneur, qui est le sauveur d'Israël, que si Jonathas mon fils se trouve coupable de ce péché, il mourra sans remission. Et nul du peuple ne le contredit, lorsqu'il parla de la sorte.*

40. *Saül dit donc à tout Israël : Mettez-vous tous d'un côté, et je me tiendrai, moi et mon fils Jonathas, de l'autre. Le peuple répondit à Saül : Faites tout ce qu'il vous plaira.*

41. *Saül dit au Seigneur Dieu d'Israël : Seigneur Dieu d'Israël, faites-nous connaître d'où vient que vous n'avez point répondu aujourd'hui à votre serviteur. Si cette iniquité est en moi, ou en mon fils Jonathas, découvrez-le-nous, ou si elle est dans votre peuple, sanctifiez-le, en faisant connaître le coupable. Ensuite le sort tomba sur Jonathas et sur Saül, et le peuple fut hors de péril.*

42. *Saül dit alors : Jetez le sort entre moi et Jonathas mon fils. Et le sort tomba sur Jonathas.*

43. *Saül dit donc à Jonathas : Découvrez-moi ce que vous avez fait. Jonathas avoua tout et lui dit : J'ai pris un peu de miel au bout d'une baguette que je tenais à la main, et j'en ai goûté, sans savoir la défense que vous en aviez faite; et me voici prêt à mourir.*

44. *Saül, sans avoir égard à son ignorance, lui dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si vous ne mourez aujourd'hui, Jonathas.*

45. *Dixitque populus ad Saül : Ergone Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est, vivit Dominus! si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus est hodiè. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.*

46. *Recessitque Saül, nec persecutus est Philistiim : porrò Philistiim abierunt in loca sua.*

47. *Et Saül, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos ejus, contra Moab, et filios Ammon et Edom, et reges Soba, et Philisthæos; et quicumque se verterat, superabat.*

48. *Congregatoque exercitu, percussit Amalec, et eruit Israel de manu vastatorum ejus.*

49. *Fuerunt autem filii Saül, Jonathas, et Jessui, et Melchisua : et nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, et nomen minoris Michol.*

50. *Et nomen uxoris Saül Achinoam filia Achimaas : et nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saül.*

51. *Porrò Cis fuit pater Saül, et Ner, pater Abner, filius Abiel.*

52. *Erat autem bellum potens adversum Philisthæos omnibus diebus Saül. Nam quemcumque viderat Saül virum fortem, et aptum ad prælium, sociabat eum sibi.*

45. *Le peuple dit à Saül : Quoi donc? Jonathas mourra-t-il, lui qui vient de sauver Israël d'une manière si merveilleuse? Cela ne se peut : nous jurons par le Seigneur qu'il ne tombera pas sur la terre un seul cheveu de sa tête; il a agi aujourd'hui trop visiblement avec Dieu. Le peuple délivra donc Jonathas, et lui sauva la vie.*

46. *Après cela, Saül se retira sans poursuivre davantage les Philistins; et les Philistins s'en retournèrent aussi chez eux.*

47. *Saül, ayant affirmé son règne sur Israël, combattait de tous côtés contre ses ennemis, contre Moab, contre les enfants d'Ammon, contre Edom, contre les rois de Soba et contre les Philistins; et de quelque côté qu'il tournât ses armes, il en revenait victorieux.*

48. *Ayant assemblé son armée, il défit les Amalécites, et délivra Israël de la main de ceux qui pillaient tous ses terres.*

49. *Saül eut trois fils, Jonathas, Jessui et Melchisua; et deux filles, dont l'aînée s'appelait Mérob et la plus jeune Michol.*

50. *Sa femme se nommait Achinoam, et était fille d'Achimaas. Le général de son armée était Abner, fils de Ner et cousin germain de Saül;*

51. *Car Cis, père de Saül, et Ner, père d'Abner, étaient tous deux fils d'Abiel.*

52. *Pendant tout le règne de Saül, il y eut une forte guerre contre les Philistins. Et aussitôt que Saül avait reconnu qu'un homme était vaillant et propre à la guerre, il le prenait auprès de lui.*

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *ET ACCIDIT QUADAM DIE, ET DICERET JONATHAS FILIUS SAUL AD ADOLESCENTULUM ARMIGERUM SUUM : VENI, etc.* Exierant à Philistinorum castris tria agmina, ut ex circumfusus locis prædas agerent, ut paulò ante dictum est. Quod, ut Josephus tradit lib. 6 Ant. cap. 7, videbat Saül et Jonathas ex oppido Gabaa, dolebantque quòd diripi viderent miserorum bona, neque tamen illis possent esse subsidio, cum exiguis haberent et inermes copias, quas et illis agminibus opponeret, et castris, quæ proximè magno numero con-

sederant. Tunc autem Jonathas inscio parente, neque ullo consilio præter adolescentem armigerum, statuit aliquid esse tentandum, quo viam sibi ac populo aperiret ad salutem, de qua actum jam esse videri poterat. Quare ne à suis videri posset, aut ab hoste sentiri, nocturnum captavit tempus, ut tradit Josephus, et probat Abulensis; alioqui sensisset aliquis à populo : tempus autem, ut putat Josephus, fuit sub auroram, quod multis probat Abulensis; primum, quia lucente jam sole non videretur res tam posse administrari feliciter;

deinde quia si adulto jam die turbata forent Philisthina castra, non videbantur ea omnia fieri potuisse, quæ hic facta narrantur.

VERS. 2. — PORRO SAUL MORABATUR IN EXTREMA PARTE GABAA SUB MALO GRANATO (1). Non hic laboro de malo granato, et quomodo sub illius umbrâ consedisse dicatur, aut tabernaculum fissis Saul. Neque enim aliquid aliud esse puto, quam locum qui à malo granato, seu ab illius plantâ quæ eo in loco insignis aliquando fuit, nomen accepit. Sicut alia multa loca tum in profanâ, tum in sacrâ historiâ. Sic locus, ubi Davidis fuit cum Goliath singulare certamen, vocatus est *vallis Therebinti*. Sic à malo granato nomen habet *collis Remmon*. Sic apud Romanos *Luminalis ficus*. Apud Hispanos innumera sunt oppida, quæ ab arboribus habent antiquissimum nomen. Sanè in Hispaniâ Bethica urbs est quædam nobilissima, quæ ab arbore punicâ, aut ab ejus pomo *Granata* nominatur. Est, credo, hoc malum granatum, locus ille, ubi sexcenti viri consederunt, Judic. 20, v. 47, qui erat propè Gabaa, qui vocatus est, *Petra Remmon*, id est, *collis*, aut *scopulus mali granati*. Quod idè puto, quia locus ille munitissimus erat, et sexcentorum virorum capax, ut docet historia, de qua proxime. Quia verò ubi colles sunt, ibi etiam vineta esse solent, idè puto hoc *Remmon*, quod *malum granatum* significat, habuisse non solum collem saxosum et inutilem, sed etiam latus aliquod consitum vitibus. Id sumo ex l. 1 Paralip. cap. 6, v. 69, ubi ex tribu Benjamin data Levitis traditur *Geth Remmon*, quod idem valet, quod *tercular Remmon*, id est, *malo granati*. Divinamus, fateor, in his; sed hæc conjectura, nisi me ipsum fallo, levis non est.

VERS. 3. — ET ACHIAS FILIUS ACHITOB, FRATIS ISABOD, etc., PORTABAT EPHOD. Sicut antea sub Heli, cum res Israelitica premeretur angustè, adducta fuit in castra contra Philisthæos arca Domini ex Silo, supra, c. 4, sic etiam nunc secum adduxerat Saul ex Carthiarim, v. 48. Atque idè summum sacerdotem habebat in castris, qui estaret arcæ, et Deum in re quavis ambigua consuleret. Erat autem eo tempore sacerdos Achias, qui alio nomine dicebatur Achimelec, filius Achitob, filii Phinees, qui tunc cecidit, quando capta

(1) SUB MALO GRANATO QUÆ ERAT IN MAGRON. Septuaginta pro *Magron* legunt *Magdon*. Ita verò reddi potest Hebræus: *Saul morabatur in finibus Gabaa, sub Remmon, quæ erat in Magron*. Nomen *Remmon* sonat malum punicum. (Calmet.)

fuit à Philisthæis arca; quare hic pronepos fuit Heli, et pater Abiathar, qui ultimos ex genere Heli et ex familiâ Ithamar summum obtinuit sacerdotium.

VERS. 4. — ERANT AUTEM INTER ASCENSUS, PER QUOS NITEBATUR JONATHAS TRANSIRE AD STATIONEM PHILISTHINORUM, EMINENTES PETRÆ EX UTRAQUE PARTE, etc. Qui aliquid sibi metunt ab hoste vicino, illa maximè obsident loca, quæ hosti sive in urbem, sive in castra aditum aperiunt. Si quid præterea est aut præruptum, aut incisum salebris, id satis putant naturâ suâ habere sedisidii, neque opus esse sive ab hominibus, sive ab aggerè et vallo monumentum opponere; quæ res, ut ex antiquis atque etiam recentibus constat annalibus, fraudi multis et exitio fuit. Multi enim relicto aditu, qui, nisi obstarent hostes, aut opposito molis, esset expeditus et facilis, per illa loca sibi ad securos hostes iter expeditum, quæ natura sic videbatur obstruxisse, ut nullâ vi perumpi, nullo artificio superari posse viderentur. Sic per profundissima flumina, et per alveum non ante vadabilem, per acuta saxa scopulosque præruptos eruperunt aliquando strenui atque audaces homines, et incautos homines oppresserunt. Hoc igitur consilium invenit Jonathas, qui cum non posset intò Philisthinorum agmen adoriri, locum elegit scopulosum et arduum, qui existimabatur nulli pervius fore mortalium. Neque illum sua spes aut cogitatio fefellit; nam turbavit exercitum, et favente Deo sic percussit securum hostem inopinatio impetu, ut penè perdidit.

NOMEN UNI BONES, ET NOMEN ALTERI SENE. Sicut à malo granato vocatus est locus ille *Remmon*, de quo supra, sic etiam duo hi scopuli ab eo quod in ipsis præcipuum erat atque vernaculum nomen accepere. Erat, opinor, scopulorum alter speciosus propter flores quos aut habebat, quo tempore hæc gesta sunt, aut habuit olim, quorum causâ nomen illi inditum est. *Bones* enim Hebr., idem valet quod, *fos* in eo. Alter fortassè cinctus erat rubis, sicut mons Sinai, et idè vulgò dicebatur *Sene*, quod *rubum* significat (1).

(1) QUÆ MYSTICÈ explicans Beda: « Quia, » inquit, non minùs florente quam adversaria, » et pungente mundo, sanctorum ascensus » impeditur, et ut vel corpore vel corde deficiat, ab infatigabili hoste pulsatur. » (Cornel. à Lap.)

VERS. 6. — AN STATIONEM ISRAELITICORUM NORTUM. Incircumcisi gentes summo contemptui habebant Hebræi, uti Scriptura penè universa probat: abhorrebant ab illis perindè ac à pro-

VERS. 9. — SI TALITER LOCUTI FUERINT AD NOS: MANETE DONEC VENIAMUS AD VOS: STENUS IN LOCO NOSTRO (1). Hoc loco quæruunt interpretes, unde cognoscere poterit Jonathas hoc esse salutare signum, aut secùs; an allatu id didi-

fanis et immundis. Vicissim autem pagani Hebræos, uti gentem superstitionosam et risu dignam habebant, *Recullos*, *Vepus*, *Apellas*.

SI FORTE FACIAT DOMINUS PRO VOS. Si nobis faveret, opem præstet et juvet. In his omnibus tentare Deum Jonathas videtur, ambigens loquitur: *Si forte faciat Dominus pro nobis*. Sed phrasis hæc non semper ambiguitatem mentis significat: indicat enim tantummodò rem quæ petitur, et quam quis molitur, vires ejus superare; à Deo pendere; quem proinde non è viribus ac meritis suis expectat. Si sibi eventa intelligimus, Jonatham nihil præsevisse, non rationem rei agenda, non tempus, non circumstantias, non exitum ejus, ad quod impelli sese intùs sentiebat. Ambiguitatem hanc suam hic exprimit. Cum autem inferius præscribere Deo videtur signum, vel indicium voluntatis illius, meritò reputaverimus, eundem spiritum, qui consilium et rationem illius implendi dictaverat, tacite pariter inspirasse eam quæ à Deo postularet. Perinde autem verba ejus hic recitata accipiendâ sunt, veluti oblatæ Deo preces, ut rationem aperiat, quæ sibi agendum esse velit, quemadmodum Eliezer Abrahami servus Dominum rogabat, ut signo aliquo sibi indicaret sponsam quam Isacco destinaverat: et Geleon postulavit à Deo certâ missionis suæ documenta. Si quis in eâ re Jonatham reum agat, damnet pariter necesse est Moyssem, qui prodigia antequam pergeret in Ægyptum, postulavit. (Calmet.)

VERS. 7. *Allez où vous voudrez et je vous suivrai partout*. L'écuyer de Jonathas, dit saint Grégoire, est une excellente figure de ce que doit faire une personne qui, ayant trouvé un homme de Dieu pour la conduire, ne pense plus qu'à lui obéir. Car nous voyons que ce fidèle serviteur est si attaché au prince que Dieu lui avait donné pour maître, qu'il ne distingue en aucune sorte les commandements qu'il lui peut faire, qu'il est prêt à tout, et qu'il ne se réserve que le soin de savoir ce qu'il désire. *Faites, lui dit-il, tout ce qu'il vous plaira; allez où vous voudrez et je vous suivrai partout*. C'est là l'image des parfaits Chrétiens, qui, ayant Dieu pour maître, ne se mettent en peine que de connaître sa volonté; qui lui disent toujours: *Mon cœur est tout prêt, Seigneur, mon cœur est tout prêt; et qui suivent l'agneau partout où il va*. (Sacy.)

(1) VERS. 9. — *Jonathas dit à son écuyer: Si les ennemis nous disent: Venez ici, attaquons-les, et essayons-nous que Dieu les aura livrés entre nos mains. Ces paroles nous font voir, selon Théodoret, que ce prince ne voulait agir en cette rencontre que par l'ordre de Dieu, et qu'il avait appris de lui que cette réponse des ennemis serait une marque infallible que Dieu le protégerait, et qu'il pourrait sans témérité attaquer avec son écuyer seul toute une armée, parce qu'une main toute-puissante combattait pour lui*. (Sacy.)

cerit divino, vel humanâ id conjecturâ præsensent. Josephus putat allatum præcessisse divinum, ut dicit Lyra, quanquam ego id apud Josephum non invenio, dicit Hugo, et Abulensis q. 2, multis probat; sentiunt tamen Theodoretus et Procopius. In summa dicunt à Deo in eam mentem instinctum esse Jonatham, et eo interitis impulsus, ut hostiles acies uno stipatus armigerò aggrediretur. Cum autem ipse non omninò haberet exploratum, an motus ille strenuus et alacer esset à Deo, vel à juvenili spiritu, qui non semper ratione, sed plerumque temeritate et laudis studio impotens abripitur, signum statuit, quo et divinum agnoscat impulsus, et benè de audaci consilio sperare possit. Illud autem sive omni, sive signum ex hostium voce primâ petendum esse statuit. Si enim hostes ipsos advocarent, sive verè, sive simulatè et ironicè, nihil esse timendum, quia hoc auctore Deo fit; sin autem ab ulteriore progressu retardaverint, dicentes ut maneant et expectent, aut quid simile, abstinentium esse à congressu et viâ.

Hoc autem signum Hebræorum more statuit Jonathas, quia videbat similia facta ab illius populi principibus, et Deum illorum votis et postularis annuisse. Sic sanè servus Abraham, Genes. cap. 24, v. 45: *Ecce ego sto propè fontem aquæ, et filie habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, ut bibam, et illa responderit: Bibe, quin et camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti aereo tuo Isaac, et per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo*. Et Judic. 6, Geleon signa petit, quibus imperii sui auctorem esse Deum agnosceret; et cap. 7, v. 9, signum habuit huic in cujus explicatione versamur, quamsimillimum. *Eadem nocte dixit Dominus ad Geleonem: Surge, et descende in castra, quia tradidi eos in manus tuas; et cum audieris quid loquantur, tunc confortabunt manus tue, et securior ad hostium castra descendes*. Hæc Jonathe non videntur incognita; quorum exemplo incitari poterat, ut experiret eadem, et talia signa, aut proponeret sibi, aut oraret à Domino: nam, ut diximus, jam agiabat et ardebat interitis, ut aliquid aggrediretur humanarum virum facultate majus. Est aliquid simile in fabulis, quæ fortassè, ut alibi sæpè, ex verâ atque canonicâ historiâ exordium habuere. Narrat in lib. 9. Æneid. Maro, ardorem quemdam concepisse juvenes præclarum aliquod opus et immortale tentandi; tale videt-

licet, quale nunc uno tantum stipatus puero Jonathas aggressus est. Sic autem Maro :
Nisus ait: Dne hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique Deo fit dira cupido? Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum.

Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est. Cernis, quæ lutulos habeat fiducia rerum: Lumina rara micant; somno vinoque sepulti Procubere; silent late loca. Percipere porro, etc. Tentasse dicuntur duo hi adolescentes eadem, quæ Jonathas et armiger ipsius, sed prorsus exitu dissimili.

Hic addendum, Deum sæpè his hominum cogitationibus respondere, et temperare sortes, quæ mittantur in signum. Quæ de re vide S. Thomam, 2-2, q. 95, art. 7, ubi exemplum Gedeonis adducit, et Eliezer servi Abraham: et idem dicitur de Jonathâ, qui hoc signum accepisse videtur à Deo, sicut de Gedeone dubitare non licet. Et de Jonathâ illud nobis argumentum est, quod v. 10, dixit ad armigerum Jonathas: *Si dixerint: Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris.* Sed licet nihil prius accipiant homines à Domino, ipse tamen solet temperare sortes, ita ut, quod illi querunt, sine errore compleantur. Proverbi. 16, v. 35: *Sortes mittuntur in sinum, etc.* Sortes porro dicuntur non solum quæ hoc sibi nomen primum atque præcipuè vendicant, in quibus nimirum casus et fortuna dominantur, sed etiam omnia quæ produnt et annuntiant, quæ humano consilio explorari non possunt: qualia sunt oracula, omina, auguria et alia damnata et vana commenta, seu deliramenta gentilium. Sanè sortes appellarunt antiqui *delphica consulta*, et quæ ipsi divina putabant esse responsa. Sortes I. 2 de Divinat. Cicer. vocat, quæ vaticinatione funduntur. Pro oraculis sumpsit Horatius in Arte:

Dictæ per carmina sortes.

Et Virgilius sæpè; lib. 4. *Æneid.*:

Italiam Lycia jusserit capessere sortes

Et lib. 6, ad Sibyllam *Æneas*:

Ille ego nuncque tuas sortes, arcanaque fata

Dicta mee genti ponam.

Idem lib. 7:

Non patriæ ex adyto sortes, non plurima celo

Monstra sinunt.

Et Apollinis oraculum Cicero supra, *sortem* appellavit. Nam cum sors, inquit, illa edita est optulentiſſimo regi Asiæ:

Malyn trajectus magna verberat opum vim,
et hostium vim sese perversurum putavit, per

vertit autem suam. Idem censet Dionysius de Eccl. Hierarch. c. 5, p. 5, de sorte quæ Matthiam designavit apostolum. (Videtur, inquit, mihi Scriptura sacra sortem appellasse divini quiddam et præcipui muneris, per quod choro illi saceratissimo insinuaretur quis esset divini electione declaratus.) Hæc ego ideò dixi, quia illa omnia quæ sortium sibi nomen adsciscunt, Deus temperare, et quæ interdum fiunt non admodum piè, ita moderari solet, ut effectum illum sortiantur, quem aliqua notâ, aut significatione designant, non solum ad sanctorum vota, et eorum qui veram religionem colunt, sed et gentilium, et quorum mores avertere potius quàm divinum favorem advocare poterant. De piis sunt illa exempla Eliezer, Genes. 21, et Samuelis de eligendo Saule in regem, supra cap. 10, et Saulis statim vers. 42, et Josue cap. 7, sors Acham anathematis reum morte damnavit. De gentibus est illud imprimis, Jonæ cap. 1, quo Jonas *sortibus* inventus est tempestatis causa, quas sine dubio temperavit Deus. Et illud Ezech. cap. 21, ubi sortis Nabuchodonosor irbivio positus de exercitûs sui progressionem consulit, quas Dominus videtur temperasse, quia ipse non semel se illius exercitûs ducem vocat. Alia sunt plurima hujus generis in profanâ historiâ; enim tamen adducam, quia ad hoc Jonathæ parallelum est. Herod. lib. 5, in principio: « Pæones, inquit, qui sunt à Strý-
c Perinthiis inferrent, et si quidem à Perin-
c thiis ex adverso considentibus provocarentur
c nominatim compellantibus, eos invaderent,
c si minus, ab invadendo abstinerant. » Plura nos de sortibus ad cap. 1 Actor. et ad cap. 21 Ezech. Plurima Serarius in cap. 7 Josue, et Martinus de el Rio lib. 4 disp. Magic. Hos tu, si placet, lege; sed præcipuè sanctum Thomam, 2-2, q. 95, ubi hæc de re multa.

VERS. 11. — EX HEBRÆI BORDIGNY DE CAVERNIS, IN QUIBUS ABSCONDITE FUERANT. Hoc primum commode accidit Jonathæ viam illam arduam et insuetam tentasse, ne cum apparerent hosti Philisthino, existimarentur adire castra; sed potius egredi de cavernis necessitate compulsi, ut hosti se dederent, aut aliis offensus, quæ procul aberant ab hostili congressu. Narrant autem Philisthæi, sudente metu, diffugisse Hebræos, et in montium cavernis latuisse; nam cum ex montium scopulis apparent (quod licet nondum illuxisset, videre tamen obscure poterunt), precepisse putant

et cavernis; atque ideò cum procul essent, clamant advocante ad se, quasi ad norum aliquid spectandum. Sive, quod putat Lyra, nec improbant Abulensis et Hago, cum viderent Palastini Jonatham huc et illic errantem, quasi aliquid quæreret, illi cum irrisione dicunt: Venite ad nos, et ostendemus id quod tanto studio queritis, nempe mortem. Quod motò Palastini dicunt, dixerunt aliquot post annis Assyrii ad habitatores Bethulæ, Judith. cap. 14, v. 12: *Egressi mures de cavernis suis, ausi sunt provocare nos ad prælium.* Accipiunt illi omen, et per acuta saxa descensusque præcipites reptantes, ad castra usque Philisthinorum erumpunt.

Illud hic observandum, dictum prius à Philisthæis: *Ascendite ad nos*; et deinde à Jonathâ, *ascendantis*, cum tamen, ut apparet, potius descendendum esset, quàm ascendendum, cum in campetri loco metati forent castra Philisthæi, et ipsi dentatis illos scopulis ascendissent, per quos esset ad stationem hostilem transeundum. Quidam ascendisse putant Jonatham ad locum sublimem, et quasi ad scopulorum fastigium; quod mihi placere nunquam potuit, quia ex loquendi modo non colligitur montium juga tenuisse Philisthinos; neque illa tanta multitudo non solum equorum, sed et currum in arduis angustisque locis considerare poterat, imò neque ascendere. Deinde quia non ita timebat magna illa multitudo exiguas et inermes acies Hebræorum, ut non auderet metari castra in locis planis atque campestribus. Quare potius existimò, id ortum esse ex Hebræorum iliomate, qui tam *ascendo*, quàm *descendo*, simpliciter sumunt pro *venio*. De *descendo* est apertum exemplum, cum ad montem venisset, imò et ascendisset David; ad montem tamen descendisse traditur, 1 Reg. 25: *Et mittitum est David, statimque descendit ad petram.* Sic etiam *ascendo* pro *descendo* ponitur, 1 Reg. 29, vers. 4; dixerunt servi Achis de David: *Non descendet nobiscum in prælium*, qui statim v. 9, dixisse traditur: *Non ascendet nobiscum in prælium.* Sed est exemplum huc quamvis illud non loc ipso libro cap. 17, ubi nihilis locis Goliath ascendisse dicitur, ut lacesseret hostes ad singulare certamen, et exprobraret agnibus Israel; qui tamen potius descendebat è montibus, quàm ascendebat ad montes. Ut enim constat ex v. 5, tam Philisthæi, quàm Israelitæ in montibus ex adverso constiterant, quos utrinque interjecta vallis Terebintii dividebat. Quòd

si jam utraque acies ad vallem Terebintii descenderat, nihilominus Goliath diei non poterat ascendisse ad hostes, sed potius *appropinquasse*. Juxta hæc puto hoc etiam loco *ascendere* nihil esse aliud quàm *venire, appropinquare, accedere*, aut aliquid simile (1).

VERS. 15. — (2) ALII CADEBANT ANTE JONATHAM, ALIOS ARMIGER EIUS INTERFICIEBAT. Nilus est, quod Virgilius fabulosè ac falsò *Æneid.* 9, finxit de duobus adolescentibus in Tyrrhenorum castris, quàm quod verè de Jonathâ atque armigero quàm verissimè in Philisthinorum acie sacra prodit historia. Quod sanè ejusmodi est, ut nisi sacra interessisset auctoritas, alicui fortasse fabulosum poetarum signum videretur. Querunt auctores, quomodo hæc strages tanta primùm à duobus, deinde ab ipsis Philisthæis in se ipsos motò scævientibus continerè poterit. Alii aliter conjectant et judicant, sed divinant omnes; quod necesse est, quando ejus rei nullum apparet in Scripturâ vestigium. Quod ad duos attinet, Hago secutus Josephum, dicit Jonatham mutasse locum, et recessisse ab eo, in quo à vigiliis atque custodiibus visus fuerat, et deversus in alium, unde hostes dormientes et securis invaderet; atque ideò viginti homines securi atque turriati facti à duobus strenuis et vigilantibus occidi potuere. Conjectura non displicet; ego majus

(1) VERS. 12. — ASCENDITE AD NOS, ET OSTENDENS VOBIS REM. EXCUBIAS ILLAS, QUÆ JONATHAM PROSPERARENT, OPUS EST IN RUPE SEPTENTRIONALI FUISSE CONSTITUTAS: JONATHAM ENIM, UT ASCENDERET, INVITAVIT. ILLI QUIDDAM OSTENSURE, ID EST, FACTURÆ, UT MALO SUO INTELLIGERET, QUID TEMERITATE SUÆ PROFECEISSET; VEL FORTE SPOSPONDERUNT SE CUM ILLI ALIQUID LOCUTURUS, QUOD AB ILLIS DICTUM EST VEL UT VIRO ILLUDERENT, VEL UT AD SE EVOCARENT. NARRAT HERODOTUS HISTORIAM NOSTRÆ HUC PERSIMILEM. PÆONES, INDICTO PERINTHII BELLO, JUSSI SUNT AB ONESILO HOSTES NON AGGREDI, SED EXPECTARE UT AB ILLIS PROVOCARENTUR, ET CAVERE NE ANTO PROVOCATIONEM MANUM CONSERERENT. AGMINA IN CONSPECTUM VENIRE, ET DILATUM EST ALIQUANDU PERIURUM, donec Perinthii hostes invitarent ad prælium: statim illi certamen accepere, conscriptisque manibus victoriam retulerunt. (Calmet.)

(2) ASCENDIT AUTEM JONATHAS MANIBUS ET PEDIBUS REPTANS, PER PRÆRUPTA RAPIS SAXA. MYSTICE S. GREG. « In manibus, inquit, opera solent significari. Reptat manibus pastor, quando peccatoribus viam non profert sapientia verbi, sed exemplo conversationis. » Et inferius: « Bene, inquit, reptans ascendere ad stationem Philisthinorum dicitur, quia ad destruenda vitia pervenire ille doctor potest, qui peccatores magnâ humilitatis ostensione, et magnâ charitatis affectione demulcet. » (Corn. à Lap.)

aliquid hic videre videor, de quo mox, cum de reliqua strage dixerō.

Quod ad cladem illam attinet, quam sibi ipsis intulerunt hostes, dum ferrum in cognata aut federata viscera convertant, eam rationem adducit Lyra ex Josepho, quod videlicet offusa est repente nebula, quæ lucem eripuit Philisthæis, ita ut neque hostes agnoscerent, neque suos aut contribules, aut auxiliares; quare cum viderent grassari inter suos hostile ferrum, rati inimicas acies eō irrupisse, quasi hostes forent federati ac socii, in illos infensis gladiis irruerant. Refellit Lyra hanc sententiam, quam dicit esse Josephi: sed revera Josephi non est; neque ratio quam contra adducit Lyra, nimium premit sententiam illam, cuiuscumque sit. Aut enim, si nebula tantum foret, nullum esse miraculum, quia naturale est sub illud tempus nebulam attolli et obscurare locum. De miraculo post dicemus; sed neque miraculo vacat, cum estentis sudum esset cœlum, ita ut duo homines, cum longè essent et inter scopulos, videri potuerint; repente tamen offusam esse caliginem, ita ut neque duo hostes cognosci, neque amici et commilitones potuerint ab hoste distingui. Præterea, neque illa nebula impedimento esse Jonathæ potuit, quominus certa foret in hostem petitio; neque enim necesse fuit aut faciem hostium aut adversariæ militiæ signum videre, dummodo molem aliquam et speciem hominis videret, quod nebula densior non vetaret. Sciebat enim præter unum armigerum quilloso esse hostes, à quorum corporibus aberrare petitio non poterat. Illa gravior ratio, quam extremo loco adducit, quia si obscura esset nebula in Philistinorum castris, non esset pugna, et strata hominum multitudo à speculatoribus cognita. Et hanc ob causam hæc, cuiuscumque fuerit, cogitatio non placet.

Aliam causam adducit Lyra, nempe genus quoddam cæcitatibus, quam Græci vocant ἀσπαζία, id est, non visionem, aut ereptam videndi facultatem circa rem illam quam esse notam maxime oportuit, aut quam quis videre maxime studet. Quæ ἀσπαζία, seu cæcitate percussis existimantur Sodomitæ, qui cum alia viderent, ostium tamen domus Loth videre non poterant. De quibus Augustinus lib. Quæst. in Genes. q. 43, et de Civit. lib. 22, cap. 19: «Cum aliquid, inquit, non videtur, quamvis adsit, à quibus alia, quæ pariter adsunt, videntur: sicut illam claritatem dicimus

« affuisse non visam, à quibus alia videbantur, ἀσπαζία græcè dicitur, quod nostri interpretes latine dicere non valentes in libro Genesios, cæcitatē interpretati sunt. Hanc enim passi Sodomitæ, quando querebant ostium justī viri, nec poterant invenire. Quæ si cæcitas fuisset, quæ sit, ut nihil possit videri, non ostium, quo ingrederentur, sed duces itineris, à quibus inde abducerentur, inquirerent. » Talis fuit cæcitas quæ percussis sunt Syri lib. 4 Reg. cap. 6, qui cum alia viderent, tamen Samaritanos non videbant, et in mediam civitatis plateam inducti sunt, quasi ad eam rem forent omnino cæci; neque agnovērunt Elisæum quem querebant, quemque antea et sæpè viderant, et probè cognoverant. Sic ergo videtur hoc loco contigisse: videbant quidem Philisthæi alia omnia, videbant armata corpora et ad pugnam intentā; non tamen cognoscebant, quod eo tempore maxime illis foret ex usu, an hostes essent, quos ferro peterent, an socii, pro quorum salute cum hoste pugnarent. Hæc sententia mihi vehementer placet, licet illam acriter Abulensis impugnet. Sed non video quid huic sententiæ, quemadmodum à nobis explicatur, opponi à quoquam possit, quod illam valde premit; licet illa, quam Abulensis adducit, non sit aliena à re ipsa, turbationeque castrorum, quam ipse magis probat, quia turbatio, quæ fuisse dicitur in hostium castris, non tam ab ἀσπαζία, id est, oculorum certā quādam cæcitate, quam à perturbatione mentis et animi cæcitate contigisse videtur. Sed illa perturbatio atque tumultus idē fuisse dicitur, quia repentinus existimabatur Hebræorum adventus, et ubique audiebatur armorum strepitus, morientium clamor, et magnus ex repentinā illā trepidatione tumultus.

Non displicet Abulensis Josephi conjectura, quam ego referre non gravabor, ut habeat Jector quid amplectatur aut respuat. Sic autem ille lib. 6, cap. 7: « Aggressi (Jonathas et armiger) sopitos, viginti ex his interfecerunt, et totum exercitum stupore et consternatione repleverunt, ut subjectis armis in fugam se darent. Plerique verò non noscitant inter se, quod ex multis gentibus conflati essent, pro hostibus se invicem invadebant, et cum non putarent duos tantum Hebræos in castra penetrasse, multo Marte cadebant. Quidam metu vulnerum in præcipitium aut ipsi ruebant, aut ut fit in turbā tumultuante, ab aliis aliis protrudebantur. » Variis porro

gentes in Palestinarum castris esse docet et ingens multitudo, quæ ex tantula illorum regione conflari non potuit, et quod in illā pugna quam primum inivit cum Palestinis Samuel, Tyriorum principes cum illis in Hebræorum exitium conspississe dicuntur. Eccli. cap. 46, v. 20: *Contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistinum*. Hos verò non desinisse Palestinis, cum illatas ulciscerentur injurias, statione suā prius à Jonathā percussā, verisimile est. Hæc Josephi conjectura, in quam magna ex parte descendit Abulensis, mihi diffidens non est. Sed illud de ἀσπαζία, quod putabat Lyra, multò probatur magis. Quod etiam accidisse suspicor, quoties hostes dicuntur mutuis se vulueribus concidisse, quod accidit sub Gedeone Judic. cap. 7, v. 22, et iterum sub Josaphat, Paral. 2, cap. 25. Aliquid simile narrat Pausanias in Phocicis paulò post medium, accidisse Gallis, aut Galatis, cum Apollinis Delphici templum compilare tentarent. Sed est, credo, in illā narratione aliquid fabulosum.

VERS. 14. — IN MEDIA PARTE JUGERI, QUAM PAR BOVM IN DIE ARARE CONSEVIT. Jugerum spatium est in agro, quod uno die, quasi legitimo dimenso, par boum arat. In hoc spatio edita est illa viginti virorum caedes, quæ Palestinarum castra turbavit. Neque suspicor aliquid præterea aut tentasse, aut curasse Jonatham, cum jam assecutus esset quod volebat; neque judicaret tutum esse in castris eā ratione confusis diutius permanere, cum arderent omnes et furerent insanā, neque ab ullo astinerent armatas manus, quem obvium habuissent (1).

VERS. 15. — ET FACTUM EST MIRACULUM IN CASTRIS PER AGROS. Ubi Vulgatus miraculum, hebraicè est, charadah, quæ vox stuporem, tre-

(1) Ludovicus de Dieu, recedens hic à ceteris interpretibus, opinionem illorum non nisi ex conjecturis peti contendit. Textum igitur ita reddendum censet: *Interfecerunt viginti homines in mediâ ferme longitudine sulci, et in latitudine quanta continetur inter duos sulcos agri. Adeo ut hostes tam conserti alter alteri essent, ut opem sibi ferre invicem facillimè possent. Si verò communem interpretationem teneamus, quid est mirum, duos viros viginti hominum spatio sexaginta, vel quinque et triginta pedum longitudinis interfuisse? Textus ad litteram: Quasi in medio sulci paris agrorum. Quod vix alter accipiendum est, quàm de longitudine sulci ducti ab uno jugo boum in agro arantium. Persuasum igitur habeo, sacrum scriptorem speculasse tantummodò longitudinem sulci, non latitudinem agri, uti mallet Ludovicus de Dieu. (Calmet.)*

morem, aut trepidationem significat. Noster interpres miraculum reddidit, quæ vox non semper valet id quod naturæ exsuperat vires, et opus existimatur solum divinæ virtutis, sed quod rarò contingit, et licet naturæ sit opus, est tamen magnum. Quæ ratione moles illæ aut ingentes, aut miro artificio elaboratæ, quas celebravit antiquitas, miracula dicuntur mundi; sic hoc miraculum vocari potuit, quia res fuit inopinata et rara; neque hoc nomen esset à re ipsa alienum, etiamsi tantum in hominibus qui passi sunt, aut qui rem spectarunt, admirationem excitassent. Est enim miraculum admirationis, ut logici dicunt, objectum, aut unde oritur admiratio, et in hunc sensum hoc loco miraculum accipio. Ubi Vulgatus, in castris per agros, hebraicè est *bamachanah ba sedeh*, id est, in castris, in agro. Quæ sic videtur exponi posse: In castris, quæ erant in agro; neque enim, ut diximus supra, in montium fastigiis, aut locis arduis videbantur Palestini metati castra, aut potius tam in castris quàm in agris; nam ut dicitur statim, v. 16, multitudo jacebat prostrata et hic illicque diffugiens. Tam igitur miraculum erat in castris, ubi tanta jacebat cadaverum strages, quàm in fugâ, id est, per agros; cum tot viri tantâ trepidatione ac celeritate, nemine persequente, diffugerent, et quasi iustarent hostes à tergo, aut obstarent à facie, districto in socios mucrone bacchantur.

SED ET OMNIS POPULUS STATIONIS EORUM, QUI IERANT AD PRÆDANDUM, OBSTUPUIT. Hic locus ostendit, quid proximè sibi velit miraculum, nempe stuporem; id enim accidisse dicitur iis qui prædandi gratiâ ex castris excesserant, quod aliis qui in castris interea subsisterant; ut enim hi obstupuerunt, sic etiam illi, quare stupor ille miraculi compellatione significatur. Illi porro, qui ad prædandum abierant, aut fuerunt tres illi cunei, de quibus supra c. 15, v. 17, aut alii, qui ex castris ad proxima loca de more digressi, quicquid habent obvium, aut pecorum, aut aliarum rerum, ad militum usum necessarium, ad castra convehant: utrumque fieri potuit, utrumque verisimile. Neque illud incredibile, hos etiam, cum redierunt ex prædâ, eandem passos esse ἀσπαζία, aut eandem insaniam, et eodem modo, atque alii, in suos commilitones fuisse bacchantos (1).

(1) ET CONTRIBATA EST TERRA; ET ACCIDIT QUASI MIRACULUM A DEO. Hebraicè ad litteram: Et pavor fuit in præsidio, quod tenebat Mach-

ET FACTUM EST QUASI MIRACULUM A DEO. Hebraice, *le cherat Elohim*, id est, in miraculum Dei, seu in *trepidationem et stuporem Dei*. Aut quia miraculum illud, aut trepidatio magna fuit; nam ex usu Scripturæ, quæ magna sunt, Dei esse dicuntur, ut *montes Dei, cedri Dei*. Aut quia talis erat stupor et metus quasi foret à Deo desuper immissos. Nisi mavis illud, quasi, significare non tam similitudinem quam veritatem; quomodo dicitur: *Aristoteles loquitur quasi philosophus*, id est, ut philosophum decet, qualis ipse fuit. Tale est illud Joan. 4: *Quasi unigeniti à Patre*. Et illud 1 Petri cap. 2: *Sive regi quasi præcellenti*. Sic igitur sensus esse posset: Fuit miraculum, quale esse solet à Deo, id est, magnum. Et sanè hoc tale fuit, cum dissipata fuerint castra tam copiosa, tam omni armorum apparatu munita, cum socios, quibuscum egerant familiariter et amice, alienos putarint, et tanquam hostes persecuti fuerint.

Illud hæc aliquo modo facit, quod gentes metum, aut turbationem, quorum nulla apparet causa, alicui deorum attribunt, Pani videlicet. Quare qui sic afficiuntur, *panica* dicuntur pati; vido adagium, *Panica causis*; vido item Angelum Politianum in Miscellaneis annot. 28. Quomodo id acciderit, aut quæ ejusmodi terroris assignari causa possit, non disputo; neque quid ea de re profani sentiant, laboro, quia fabulis in hoc interpretandi generis locus esse non debet. Illud dico, in Scripturâ sacrâ accedisse non raro, ut Deus immissâ turbatione ac metu, aut hostes suos metu debilitet, aut vertat in fugam. Quâ de re cgi super illud Isaia cap. 37: *Ecce ego dabo ei spiritum, et audivit murmur, et revertetur ad terram suam*. De hæc animorum consternatione ac metu præclara sunt in Scripturâ sacrâ documenta, Gen. 53, consulit Deus incolumitati Jacob, incensus vicinis civitatibus metu. *Cumque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes*. Exod. 23, Deut. 7, metum incussit Chananaeis, ne Israelitis ipsorum regiones ingressuris obstitent. Talis est metus ille de quo Levit. 8: *Fugietis nemine persequente*. Neque alio modo, ut opinor, tribus anni temporibus, quo tempo-

mas, et in parte exercitiis quæ ierat ad prædandum; et commota est terra, et fuit in trepidatione Dei, id est, insueta trepidatio et terror ingens, vel terror paniceus à Deo missus omnes tenuit. Sunt qui credant in hæc re terrorem hostibus injecisse terræ concussionem: *Concussa est terra*.

(Calmel.)

re filii Israel ascenderent in templum, et civitates essent virorum destitute presidio, à vicinis hostibus intactas præstitit civitates, nisi immisso divinitus metu, quo ab eo consilio atque studio deterrit, quo prius ad illarum exitum anhelabant, cogitationem et aviditatem antiquam temperissent. Ad hanc puto consuetudinem intentus scriptor sacer ait hoc miraculum sive *trepidationem* esse quasi à Deo, id est, instar illorum quibus Dominus olim inimicorum suorum pectora concussit (1).

VERS. 48. — ET AIT SAUL AD ACHIAM: APPLICA ARCAM DEI (2) (ERAT ENIM IBI ARCA DEI IN DIE ILLA CUM FILIIS ISRAEL). Cùm ex speculatoribus didicisset Saül, quid rogam fieret in Palestinorum castris et in re tantâ tanquam inusitatâ opus esset non solum maturo, sed etiam divino consilio, advocat Achiam sacerdotem summum, quem supra *Achimelec* etiam appellari diximus, et jubet ut arcam applicet, quæ tunc temporis Hebræorum aciem sequebatur, et à Deo seiscitaret oraculum.

Applicare arcam, non est illam adducere de loco suo ad eum, ubi tunc erat Saül; nimis enim id esset superbum et odiosum piis, jubere adduci ad se augustum illud venerandumque sacrarium, et non potius sacerdotem ipsum et regem ad arcam accedere. Dicitur autem applicari arca, quomodo dicitur applicari consiliarius aut testis, cùm illorum consilium aut testimonium adhibetur, seu applicatur, cùm non illi ad nos, sed nos ad illos contra veniamus.

Non legitur, quomodo consultus fuerit, aut

(1) VERS. 46. — SPECULATORES SAUL, QUI ERANT IN GABAA. Quomodo hi speculatores in Gabaa, cùm interim Saül ejusque copie contingerent se in petrâ Hemmon, propè Magronem, uti supra legitur? Opus est Saül habuerit speculatores in specula Gabaa, qui signo aliquo indicarent omnia quæ in castris hostium agerentur, vel per nuntios de fuga hostium Saulem monerent. Egrè admodum difficultates omnes diluuntur, tunc quid certus locorum situs ignoretur, tunc etiam quod historia hoc brevissimâ narratione absolvatur.

ECCE MULTITUDO PROSTRATA ET HEC ALLEGERE DIFFICILE. Hebræus ad litteram: *Ecce multitudo sine corde abibat et quassabatur*. Solutus animo et viribus copias, præcipites se in fugam dederunt, et alter alterum pede terebat.

(Calmel.)

(2) APPLICA TE ARCA AD CONSULENDUM DOMINUM. Scripsit: *Affer ephod*; induere veste sanctâ, ut consulas Dominum. Spencerus cum Rabbinis explicat de arca, in quâ conditum fuisse credit ephod et rationale, cùm transferrentur ad exercitum: *Affer arcam continentem ephod*. Sed quorsum ejusmodi explicatio? (Calmel.)

quomodo Deus ad interrogata responderit. De hæc oraculi petendi ratione satis abundè Abulensis, et benè quest. 11, ubi docet, Deum aliter à prophetis, aliter à sacerdotibus consulti. De prophetis non est cur hic dicatur aliquid. De sacerdotibus illud habemus ex Scripturâ, consuluisse Deum ante arcam et per *urim et tammim*, seu per ephod. Ad arcam, quæ erat intra anteriorem secessum templi, seu tabernaculi, semel tantum ingrediebatur summus sacerdos in festo expiationis; et tunc coram arcâ poterat Deum consulere; quod tamen extra hoc tempus sæpè contigit Moysi, qui Dominum ex Propitiatorio loquentem audiebat, aliter atque sacerdoti alii, eo saltem tempore, cùm divinum oraculum extra tabernaculum petebant. De Moysè est illud Numer. cap. 7, v. 89: *Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum foderis, et consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonium inter duos Cherubim, unde et loquebatur ei*.

Alii verò sacerdotes, nisi fortè in festo Expiationis, per *urim et tammim*, sive per ephod non solum extra Sancta sanctorum, sed etiam non raro extra tabernaculum, de rerum eventu responsum à Domino petebant. Sic infra, cap. 23, David ad Abiathar, qui in Ceilam ephod sæcum attulerat, v. 6, dixit v. 9: *Applica ephod*, et tamen ibi tabernaculum non erat. Et cap. 30, cùm esset in Siceleg, iterum per ephod consultus est Deus.

Quod diximus de arcâ, tunc illud intelligendum est, quando erat in suo loco, et quasi clausro conclusa, in tabernaculo videlicet, aut templo. Cùm esset inde foras producta, ut quando erat in castris, ut hoc ipso articulo, et dùm commorata est in Cariathiarim, aut etiam progrediebatur in deserto, asiam puto fuisse rationem. Tunc enim cùm quilibet pro suo quisque ordine ac ministerio astare arcæ posset, non erat difficile, cùm Deum vellet per ephod aut alio quovis modo consulere, ad arcam accedere, quomodo hoc loco factum est. An verò sic Deus ad arcæ conspectum ita Achia sacerdoti responderit, sicut olim Moysi, incertum est; neque aliquid, quod ego video, apparet in Scripturâ vestigium, ex quo intelligi possit illum respondendi modum Moysi cum aliis fuisse communem.

Quia supra, v. 5, ab Achia ephod esse portatum adivimus, neque uno in loco occurret postea nomen ephod, et per illud à Deo petitum oraculum, dicamus oportet, quid ea de re

sentiant aut conjectent auctores. De ephod diximus supra, cap. 2, v. 18, non pauca. Sed de illo, quod proprium est sacerdotis summi, et in sacerdotali instructo numeratur, agit multis Hieronymus Epist. 128, quæ est ad Fabiolam, et Josephus lib. 5, c. 8, et latè Ribera de Templo, cap. 10, 11, 12. Cætera minùs ad institutum nostrum faciunt; illud tantum nunc exploremus, quod ad divinum attingit oraculum, seu responsum, quod per ephod sacerdotes exquirunt.

In Rationali, quod in ephod, seu superhumerali ad sacerdotis pectus erat sive assumtum, sive appensum, duodecim erant lapides, qui, ut optime Ribera supra, cap. 12, dicuntur *urim et tammim*, id est, *illuminationes et perfectiones*. Hieronymus veritè, *doctrinam et veritatem*, quia per illos lapides Deus, quid opus esset facto, aut quid futurum esset, docebat. Alii alias esse putant nominis notationes et causas, quas accuratius examinare non nostri negotii est, sed eorum, qui in Exodum Commentarios ediderunt. Nunc breviter dico cum Josepho, Lyrà atque Ribera, per lapidum, qui erant in ephod alligati Rationali, varios splendores et aspectus, significari futuros rerum eventus, et illud esse responsum vel oraculum, quod applicato ephod quærebant Hebræi. De quo sic Josephus lib. 5 Antiq. cap. 9: *Per duodecim, inquit, gemmas, quas in pectore pontifex insutas Essen (id est, Rationales) gestat, in bello victoriam prænuntiare Deus solent*.

Nam priusquam exercitus se moveret, tantus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo facile innolesceret adesse Deum, opemque et auxilium suum invocantibus esse allaturum. Quapropter Græci, qui à nostrâ religione non abhorrent, cùm hoc miraculum et pro compertissimo habeant, ita ut negari non possit, Essena (id est, Rationales) vocant *αἰσῶν*, id est, *oraculum*. Desit essent fulgorem et emittere animis ducentis antequam hæc commentaremur, irato Deo propter legum suarum prævaricationem. Alii fortassè meliùs; interim hæc mihi cogitatio placet, neque alia magis occurrit expedita.

ERAT ENIM ARCA DEI IN ILLA DIE CUM FILIIS ISRAEL. Cùm infensum Philistinorum populo arcam audisset Saül, commodum futurum existimabat, si tante illorum multitudini ac robori arcæ Dei potentiam et auspicium opponeret; an alio tempore post aditam terram promissionis in Hebræorum castris arca fuerit, incertum est. Adduci nunc facile potuit,

eum esset extra tabernaculum non tam in sua quam in aliena domo, et quasi in hospitio. Post hæc verò tempora nunquam puto in Hebræorum castra fuisse productam, nisi cum David ab Absalonis facie fugeret; tunc enim eum sacerdotes arcam educerent, illam tamen David in suum locum referri jussit lib. 2 Reg. c. 15, v. 24.

VERS. 19. — ET AIT SAUL AD SACERDOTE: CONTRAHE MANUM TUAM. Cum magis atque magis bellum in Philistinorum aciem crudesceret, et dimicantium atque cadentium clamor clarior resonaret, ne elaberetur occasio quæ divinitus videbatur oblata, aut ne hostes in Hebræos tunc temporis imparatos ingruerent (neque enim tunc de re omnino constabat) jubet Saul ut manum contrahat, neque Deum, ut coeperat, pergat consulere. Quare rem aggressus est Saul inconsulto Deo; neque fortasse aliam ob causam stultè egit, dum militibus ad noctem usque jejuniū indixit. Contrahere verò manus idè sacerdos dicitur, quia extensas habuerat et elevatas; is enim habitus orantium est, ut non solum sacra, sed etiam profana literatura testatur. In sacræ mille occurrunt exempla. Psal. 27, v. 2: *Dum oro ad te, dùm extollo manus meas ad templum sanctum tuum*. Et Psal. 43, v. 21: *Si expandimus manus nostras ad Deum altissimū. Neque minus frequenter profani. Virgil. Æneid. 1: Ingemit, et duplices tendens ad sidera palmas, Talia voce refert.*

Et lib. 2:

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

Et lib. 4:

Dicitur ante aras media inter numina divinæ Malta Jovem manibus supplex orasse supinis. Quare dùm jubet Saul, ut contrahat manus sacerdos, id planè jubet, ne oret amplius, aut à Deo sciscitetur oraculum (1).

VERS. 21. — SED ET HEBRÆI, QUI ERANT CUM PHILISTHIM HEBI ET NUDISTERTIUS (2). Multi,

(1) VERS. 20. — ET ECCE VERSUS FUERAT GLADIUS UNUSCUIUSQUE AD PROXIMUM SUUM, q. d.: Excecati et perturbati mutua se cæde truncarunt, æstimantes socios esse hostes.

ET CÆDES MAGNA NIMIS. Joseph. l. 6, cap. 7, ait, cæsa sexaginta Philistinorum millia.

(Corn. à Lap.)

(2) In Hebræo legitur, *ascendisse illos cum eis in castrametationem circum*; quibus verbis veluti innuitur, continuisse se circa castra ad sarcinas; seu potius, ex omnibus circumjacentibus regionibus convivisse ad castra, vitatorum extremum exitum ab his qui regionem diripiabant, subeundum utique, si domi mansissent. (Calmet.)

ut appareat, ad felicem inclinavere fortunam ex Hebræorum genere, qui apud suos videbant rem esse periculo propositam, neque satis esse ad resistendum virium. Quare cum appareret subito tanta rerum inclinatio, ad castra, quæ transfuge reliquerant, revertuntur. Idem quoque fecerunt, qui in latebras se abdididerant, et quò suam tuerentur salutem, publicam prodiderant. Quare brevi tempore ea facta est accessio castris Hebræorum, ut ad decem hominum millia pervenerint. Eà verò die respirare coepit Israël fortuna, et à metu, quò contracta fuerat, recreari. Sic autem confirmatus est hostili cæde ac fugâ Hebræorum animus, ut ad Bethaven usque persecati fuerint Palestinos, neque eò usque cessavit à pugna. Ubi verò ventum est ad Bethaven, desistere pugnare, quia videbant adversa sibi impendere omnia ab Hebræorum acie, cui Dominus aderat patronus et auxep. Quare ex eò loco in fugam se dederunt, in pedibus potius quam in ferro ac manibus salutem tentantes. Est autem Bethaven non procul à Machmas, ut indicat quod proxime dictum est, cap. 13, v. 5: *Castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven (1).*

VERS. 24. — (2) ADJURAVIT AUTEM SAUL PO-

(1) VERS. 22. — ET ERANT CUM SAUL QUASI DECEN MILLIA VIROREM, qui ad fumorum terrores hostium accesserant: antea enim hominū sexcentorum manus adhaerebat illi, continent se in petrâ Remmon. Porro de hisce denis millibus nihil hic legitur in Hebræo, Chaldeo et Septuaginta; sed apud Septuaginta, non verò apud Hebræum, leguntur inferius, v. 24.

VERS. 25. — PUGNA PERVENIT USQUE AD BETHAVEN. Philistæi mutua cædem ignari prosequuntur usque Bethaven. Castra illorum porrigebantur versus Machmas. Ex historia hujus serie 10, 51, innui videtur, agmen Philistæorum dilapsum fuisse ex parte Ailonis, planè oppositâ Bethaven, id est, regionem suam versus iter suscepisse illos, quò et fugitivos Israëlita insequebantur. Itaque hic textus non ita accipiendus est, quasi Hebræorum in Philistæos prælium porrexerit sese usque Bethaven; sed commodè exponitur de sparsu ad usque Bethaven stragis hujus rumore.

(2) ET VIRI ISRAEL SOCIATI SUNT... ADJURAVIT AUTEM SAUL POPULUM. Sunt qui Hebræum ita reddant: *Israelitæ arcitati sunt die illâ; populi ardorem inconsulto respiciens Saul, ipse victorie suæ fuit impedimento. Adjuravit popululum, vel, Israelitæ accesserunt, et Saul è re esse censuit pro concione monere populum. Sed interpretatio Vulgatæ meliorem exhibet sensum. Septuaginta sic reddunt: *Omnia populus erat cum Saul, circiter decem millia virorum; et erat prælium dispersum in totam civitatem in monte Ephraim; et Saul ignoravit ignorantiam magnam in die illâ, et maledictio obstrinxit popululum, dicens: Maledictus homo, qui**

POPULUM, DICENS: MALEDICTUS VIR, QUI COMEDERIT PANEM USQUE AD VESPERAM. Hæc pugna, quâ Philistini et suis se gladiis conficiebant, et Hebræorum ferro obtruncabantur, ad medium usque diem videtur producta, ex quo omnes se converterunt in fugam. Quare cum persecuti victoriam cuperet Saul, et spem totam in celeritate posuisset, edixit toti populo, adjuratione et execratione interpositâ, ne quis ad vesperum, id est, ad nocem cibum caperet, ne quod spatium hostibus præberetur ad fugam. In hac adjuratione poena capitis videtur esse proposita ei qui contra fecerit, quod ex eo constat, quia capitali poenâ punire voluit Saul filium Jonatham, quia cibum sumpsit ante tempus ab adjuratione definitum.

comedet panem usque ad vesperam. (Calmet.)

Alors Saul: *Maudit soit celui qui mangera avant le soir, jusqu'à ce que je me sois vengé de mes ennemis.* S. Chrysostôme et Théodoret condamnent Saul dans ce serment qu'il fait par une pure fantaisie, entièrement contraire à la prudence et à la raison. Car il n'était pas possible que ceux qui étaient abattus de faim et de lassitude n'eussent aucun besoin de se soulager; et ils auraient eu même beaucoup plus d'ardeur et de force, comme Jonathas l'a dit ensuite, pour achever de défaire et de poursuivre leurs ennemis, si on ne leur eût point fait cette défense. C'est pourquoi saint Chrysostôme s'éleva avec des paroles fortes contre ce serment de Saul. Il ne craint pas de lui donner le nom de folie; et il dit que ce fut un artifice du démon, par lequel ayant engagé insensiblement ce prince dans cette protestation indiscrette, comme dans une chaîne dont il se lia lui-même et tout son peuple, il le porta ensuite pour en réparer le violement prétendu, à étouffer dans son cœur tous les sentiments de la nature, et à croire qu'il ferait un acte d'une piété religieuse, s'il se rendait lui-même le meurtrier de son fils.

Mais si l'on condamne cette action de Saul avec ce grand saint, on objecte qu'il semble que Dieu même l'a autorisé, n'ayant point Jonathas la devait respecter aussi bien que tout le peuple. Que lorsqu'il l'a violé d'abord sans la connaître, il était excusable; mais qu'après qu'il eut appris l'ordre du roi son père, il ne devait pas s'y opposer, ni encore moins l'accuser de quelque indiscretion devant le peuple, ce qui pouvait avoir de fâcheuses suites. Car le rang où Dieu avait mis Saul obligait Jonathas d'avoir une profonde vénération pour le roi son père. Et ainsi toutes les raisons divines et humaines le devaient porter à dissimuler plutôt qu'à faire remarquer aux autres l'indiscretion de cette conduite. (Sacy.)

An prudenter aut sanetè fecerit Saul, dùm populum adjurat excuraturque, si lassus pugnando vires cibo reficiat, et ad ulteriorem laborem reparat, disputat Abulensis, q. 19, et Saulem à peccato liberat, contra Lyram, cujus argumenta accuratè expendit et dissolvit. Primum, quòd lex illa in eo rerum articulo neque dura videbatur, neque inepta, cum brevi morâ elabi posset hostis, et oblata divinitus occasio perire. Neque durum videtur, si diem unum miles, quia hostis aut urget, aut prædam et victoriam ostentat, jejunos agat. Ad hæc enim à militia magistris assuefiunt tirones qui bella meditantur; et sanè dura est militiæ disciplina, et graviora jubet. Deinde, quia hoc regis edictum Deus ipse videtur probare, qui idè respondere noluit, cum antea fecisset, quòd violatum esset à Jonathâ regium edictum; quod indicavit sors, quam Deus ita temperavit ut violati jejuniū reum sine errore prodiderit.

Item, quia si peccasset in hæc lege Saul, Deus illius peccatum tum aperuisset, cum ipse dixit, v. 41: *Si in me, aut in Jonathâ filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem.* In hac peccatorem ostendit esse Jonatham, non Saulem. Piè hoc decretum edictum à Saule dicit Ambrosius serm. 25, qui est de Quadragesimâ. Bonus, inquit, planè rex, qui hostes suos non tam armis quàm devotione vincebat, et plus dimicabat religione quàm telis. Cùm ergo Saul abstinentiam diem suis omnibus indixisset, et Jonathas ejus filius præcepti nescius inter medias hostium acies victor incedens favum mellis intinctæ sceptri summatate gustasset, tanta indignatio repente commota est, ut et differret victoria, et Divinitas laceraret. Denique nec belli finis imponitur, nec regi responsum propheticum datur. Unde intelligimus, quòd Saul hostes non tam virtute militum quàm militum abstinentiâ superabat. Denique unius culpa cunctis confertur ignavia, et unius delicto cunctis generatur infirmitas; deficit enim virtus in exercitu, ut deficit in observatione jejunium. Quod ut peccatum Saul ex ipsâ Divinitatis offensione cognovit, statim Jonathas dixit non esse parcendum, sed peccatum admissum effusione ejus sanguinis expiandum. Videat, quanta apud Saul fuerit religionis observantia, qui offensum Deum optavit etiam pericidat mitigare; et quanta sit resoluti culpa jejuniū, que nonnisi sanguinis effusione punitur.

Peccasse tamen Saul tenet Lira, et cum eo